



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

312. feria 5. de Solicitudine.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

548 Feria 4. Domin. 20. post Pentecost. Iria s  
rete e  
judicav  
Conj  
solicitu  
runt, n  
sed fer  
3. Tep  
damm  
falsoru  
fectu r  
exemp  
& prud  
dionis  
esse te  
possun  
mittit  
in illu  
pericu  
nullis  
speran  
dijs ut  
surgur  
ma. A  
rio, qu  
de vel  
bantu  
teris,  
serio a  
nostra  
specialiter cavere juber, ne graventur cor-  
pora nostra potu, intendit studium sobrieta-  
tis, quam tota vita exercuit. Marihae ni-  
miam in parandis ejusmodi solicitudinem  
reprehendit.

*Conf. 3. Actiones ejus.* 1. Potum vini, aut  
alium inebriantem, ita sumere, ut usum  
mentis non tenebret. 2. Non reijcere potum,  
qui corpus ad functiones roboret, ad impu-  
ros tamen motus non exciter. 3. Delicias in  
potu non querere, sed communi juxta re-  
gionis morem uti. 4. In potu meniem non  
effundere. 5. Aliquando ex desiderio virtu-  
tis à potu necessario abstinere, & suim pati,  
non officientem corpori: exemplo Christi  
sæpe sicutis, & nec aquam ad situm explen-  
dam habentis.

### MEDITATIO CCCXII.

Feria 5. Domin. 20. post Pentecost.

#### *De Solicitudine.*

**A**spiciam Dominum IESVM sollicitū mei,  
ne mihi quicquam desit, præsertim verō  
solitus est Deus de his, qui de ipso sunt so-  
liceti, inquit D. Bernardus serm. 70. in Cant.  
Imo & pīe sollicitudine salutis nostræ audiam  
toties clamantem voce elata, & ad se vocan-  
tem. Petam ejus fieri particeps.

*Conf. 1. Sollicitudo & claritas mentis in  
recte*

tecoſſ. huius. Domin. 20. poſt Pentecofſ. 549

reſte exequendis ihs, quæ facienda reſte  
judicavimus. Idem eſt vigilantia, fervor.

Conf. 2. Incitamenta. 1. Mundani magna  
ſolicitudine opes, honores, voluptates quæ-  
juunt, nos magis virtutes. 2. Non defidibus,  
ſed fervidis divina præmia promittuntur.  
3. Tepiditas, & negligentia, ſtatus eſt quo-  
dammodo carnali deterior, cuius cauſa eſt  
fallorum honorum illaſcebræ, illudentes de-  
fectu mortificationis, & recollectionis. Et  
exempla tepidorum, præſertim rebus gestis  
& prudentia insignium. Difficultas perfe-  
ctionis, & defectus luminis praetici. Infanda  
eſt teporis mala ex remedio ejus cognosci  
poſſunt; quia, ut Deus medeatur teperi, per-  
mittit peccatum infame, & quidem, ut ſæpe  
in illud incidat tepidus, quod remedium  
periculofum eſt, licet juſto Dei judicio non-  
nullis contingat, unde alij tepidi ex laſiu de-  
ſperant, & ut iumenta putrefacunt, alij reme-  
dijs utendo, damnatoque extiali te pore re-  
ſurgunt, iuſtitiae, & misericordia Dei vici-  
ma. Aliud remedium eſt insignis humilia-  
tio, quā Deo permittente tepijs ſicut diploi-  
de veſtiuntur; nam ſi homines conſecta-  
bantur, evenit illis contrarium, & ita de cæ-  
teris, donec damnata ſua cæcitate Deum  
ſerio ament. Ideo Christus ſollicitus de ſalute  
noſtra ſexies elata voce clamauit. 1. In para-  
bola

550 Feria 5. Dom 20. post Pentecost.  
bola de semine. 2. In templo, Joann. 7. 3.  
Apud eundem: Si quis fit, veniat ad me. 4.  
Joan. 11. Qui spernit me, &c. 5. Apud eun-  
dem Lazarum suscitans. 6. In Cruce, & alias  
comparat se gallinæ sollicitæ.

*Conf.* 3. Actiones ejus. 1. Bonis operibus  
debitam mentis attentionem, & necessarium  
conatum adhibere. 2. Non vincat cura mun-  
danorum negotiorum curam bonorum o-  
perum. 3. Tempore congruo bona opera  
præstare, nec ea in tēpus importunum dif-  
ferre. 4. Omnia impedimenta, quæ bona  
opera inficerent, cōstanter & animosè aver-  
tere. 5. Tantam diligentiam singulis bonis  
operibus opponere, quasi salus ex uno quo-  
que penderet. 6. Quodcumque bonum opus  
tantâ curâ præstare, ac si esset postremum.

#### MEDITATIO CCCXIII.

Feria 6. Domin. 20. post Pentecost.

#### De Spe.

A Spiciam Dominum Auctorem Spei, &  
consummatorem; nam spe salvi facti  
sumus, ad quam in nobis erigendam nihil con-  
venientius fuit, quam ut demonstraret nobis  
Deus, quantum nos diligenter, ait D. August.  
Lib. 1, de Trinit. cap. 10. Petam spem in  
me confirmari, & perfici.

*Conf.* 1. Spes est virtus Theologica, quā  
firmiter